

1895

ii

## CAP. I. DE PERSONIS CUM CAPIENTIBUS,

Omnis revera meretrix est dicta chimæra :

Parte Leo prima , media capra , anguis in ima .

Si careas donis , pars prima dicta Leonis ,

Non te delectat media capra , quia fœtet ;

Anguis ad extremum , quia porrigit omne venenum.

36 Imò ipsæ meretrices à merendo dicuntur , seu quod usū corporis nummos , vel quæstum mereantur : Inde etiam *meritoria* appellantur ipsa lupanaria ; quantumvis proprie loquendo meritoria fuerint quasi vestibula lupanariorum : erant enim meritoria loca pluribus scalis exaltata , pergulisque distincta , in quibus collocatae meretrices cellisque suis distinctæ secundum pretia prostabant ,

37 conf. Bartb. lib. 42. adversar. cap. 17. p. 1900. & seq. Idcirco proprium quidem est meretricum quæstum facere , sed non proprium , ut scholæ loquuntur , in quarto modo . Id quod Codex etiam sacer testatur , in quo apud Ezechiel. cap. 16. vers. 31. & seqq. dicitur , omnibus meretricibus mercedes dari , earumque consuetudinem esse ,

38 mercedem recipere & fastidio augere pretium . Qui mos si unquam meretricibus solennis fuerit , certe ejus quam tenacissimæ reperiuntur etiam hodienum meretrices Hispanicæ : cuius rei veritatem curioso exemplo Autor Itinerarii Hispanici modo memoratus Job. Mafel d. cap. 9. pag. 49. ostendit , quod cum etiam textum Sacrum non leviter illustrare videatur , huc referre lubet : Man hat mir öffentlich von einem gesaget / der nicht von den reichesten einer ißt / daß er auff einmahl einer solchen wollüstigen 80. tausend Kronen geben lassen . Ein ander von Genoa sagte / daß eine Liebes - Neigung Ihn ohnlangst zwey tausend gekostet ; und daß / weilner sahe / daß das Rabenab / mit welchem er zu thun gehabt / ihn auff zu ziehen willens war / er sie verlassen / ob Er

39 schon von Ihr nichts genossen . Cui simile est alterum quod habetur pag. seq. 50. Man erzehlet von einer andern / welche von einem gar grossen und reichen Herrn / als in ganz Spanien möchte zu finden seyn / geliebet war / und da sie nur 4. Pistolen von ihm